



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

119. An quando Episcopus ex urgentissima necessitate possit dispensare
in votis castitatis, & Religionis, possint etiam commutari virtute Cruciatæ,
vel Iubilæi? Et observatur Confessarios Regulares ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. CXIX.

An quando Episcopus ex urgentissima necessitate possit dispensare in votis Castitatis, & Religionis, & possint etiam commutari virtute Cruciatæ vel Iubilæi?

Et observatur Confessarios Regulares non posse virtute suorum privilegiorum commutare, vel dispensare supra dicta vota Castitatis, &c. quæ potest Episcopus ex urgenti necessitate.

Et docetur quod quinquæ sunt vota reservata, videlicet votum Castitatis, Castitatis perpetua, peregrinationis Ierosolymitana, peregrinationis ad limina Apostolorum, & peregrinationis ad Compostellam.

In his tamen nec Legatus à latere potest dispensare. Sed si eorum valor est dubius, potest Episcopus dispensare.

Non potest tamen in his votis, si ab impuberibus emittuntur dispensare.

Potest tamen in his votis ex metu levi factis, & in gravi periculo transgressionis, ut in urgenti necessitate dispensare, quando ex instanti causa quis nequit Pontificem adire. Ex p. 1. r. 8. & Milc. 8. Ref. 6.

¶ No negativa sententia Pasqualigus de Iubileo 9306. adducit 13. Doctores ipse nixus auctoritate solius Croulers affirmativam sententiam sustinet; Nam facultas commutandi vota concessa in Iubileo, se extendit ad omnia vota non reservata. Vota autem castitatis, Religionis, quando substant talibus circumstantiis vt possit in ipsis Episcopus dispensare, non sunt reservata. Ergo poterunt virtute Iubilæi commutari. Min. prob. Reservatio est tantum in edificacionem non autem in destructionem, vt habet Concil. Trident. sess. 14. c. 7. de penit. & proinde ex sui natura non se extendit ad casus ad quos si se extenderet, esset in destructionem; esset autem in destructionem si se extenderet ad vota in casu, in quo Episcopi possunt dispensare, nam tunc si non possent dispensare, pateret gravissimum damnum etiam spirituale esse, non autem vilitatem. Cum ergo reservatio, ne sit in destructionem se extendat ad ralem casum, vota in talibus circumstantiis non erunt reservata; non quia subtrahuntur à reservacione ex præsumpta voluntate Pontificis; sed quia reservatio ipsa non comprehendit.

¶ Ad primum respondeo: Episcopum non solum posse dispensare in his votis ex tacita voluntate Pontificis, sed etiam quia reservatio non se extendit ad ipsa, quando veniunt talibus circumstantiis, vt constat ex dictis. Tacita enim voluntas Pontificis non est, quod concedat facultatem pro tali casu, sed quod non aufertur; nam dum ponit reservacionem, solum illam extendit quantum potest extendi; non potest autem extendi ex natura sua ad hos casus, alioquin esset in destructionem. Ad secundum, nego, consequentiam. Quia cum facultas concessa in Iubileo se extendat ad omnia vota non reservata, se extendit etiam ad ista vestita talibus circumstantiis, nam reservatio ad ipsa non se extendit, vt iam dictum est. Hucusque Pasqualigus.

¶ Sed eius sententia, cum sit singularis, & contra communem, videtur omnino respicienda: Vnde præter Doctores ab ipso citatos, negativam sententiam docet me citato Quintanadueñas de Iubileo duarum hebdomadarum c. 12. n. 2. vbi sic ait: [Aunque en caso de urgentissima necesidad podia alguna, ó rarissima vez dispensar el Obispo en algun voto de castidad, ó Religión; como quando fino se hiziese para que vno se castara, se figura gravissimo daño, ó escandalo, ó no era facil recurso al Papa, ó a via grave peligro de incontinencia segun prueva Tomas Sanchez sup. à n. 32. con muchos Autores; no se podia en el mismo caso

comutar por Iubileo, ni Bula; que el Obispo no haze esto por su ordinaria jurisdiccion, sino por benigna interpretacion, tacito consentimiento, y ratificacion del Papa; para lo qual no da el Iubileo facultad, ni le tiene el Párocho. Ita ille cui etiam adde ex Dominicanorum familia Magistrum Gallego in Bull. Cruc. c. 9. p. 3. §. 1. dub. 159. vbi ita asserit; [Preguntase, si el confessor por la Bula puede comutar el impedimento con que alguno de los casados se hallare para pedir el debito?

4. Respondo, que no se puede esto comutar por la Bula, porque aunque es assi que el Obispo puede dispensar para pedir el debito quando ay impedimento para poder le pedir; pero no haze esto el Obispo por jurisdiccion ordinaria, sino por costumbre legitimamente præscripta, que le ha introduzido esta facultad: y la comun opinion de quel confessor electo por la Bula, puede esta razon comutar todo lo que el Obispo dispensar, se ha de entender todo lo que puede el Obispo por derecho ordinario mas no por costumbre, ó necesidad, porque cosa es muy recibida entre los Doctores, que en caso de necesidad, y con tales condiciones, puede el Obispo dispensar en los votos reservados, y impedimentos dirimenes del matrimonio, como lo enseñan en la materia de voto, y matrimonio, y con todo esse nadie se atreuerá à decir, que en caso de necesidad puede el confessor por la Bula comutar alguno de los votos reservados, para los quales no le dan potestad, antes la que le dan para que puede comutar quales quera votos, se la limitan, y exceptuan, que no sea para los de castidad, Religión, y vltamarino, desuerte que todos aquellos votos reservados, que el Obispo puede dispensar, ó comutar por razon sola de urgente, y apretada necesidad, no se podran comutar por la Bula, y la razon es, porque de la misma manera que el pecado de la heresia no pierde su rigurosa reservacion, porque en caso de necesidad de muerte le puede absolver qualquier simple Sacerdote, assi tampoco el voto no pierde la reservacion, por que el Obispo pueda en caso de urgente necesidad dispensarle, ó comutarle: pero por la Bula se pueden comutar todos aquellos votos que el Obispo tiene facultad de dispensar, ó comutar por jurisdiccion ordinaria, ó quando en ellos falta la causa de verdadera y perfecta reservacion. Y la razon de esto vltimo, se funda, en que la intencion expressa del Pontifice, es de negar solamente la comuracion de aquellos votos que tienen reservados à si mismo, de manera que en los que no tiene reservados, se entiendo que claramente los comprehendan la potestad general delegada por la Bula.] Hæc omnia Gallego; cui adde Andreæ Mendo etiam in Bull. Cruc. disp. 20. c. 4. num. 59. & c. 11. num. 131.

5. Quæ omnia procedere etiam in Iubileo dicendum est, vnde me citato Leander de Sac. tom. 1. r. 5. disp. 14. quæst. 117. asserit, quod quamvis confessorius possit vi Iubilæi commutare vota, quæ potest Episcopus id intelligendum est de votis, quæ potest Episcopus commutare iure ordinario, & ex natura reservacionis, non autem de votis, quæ iure speciali, aut per consuetudinem dispensare, aut commutare potest. Vnde ex his patet, quod non debebat Pater Pasqualigus recedere à communi sententia Doctorum, nec eius fundamentum est firmum, vt ipse putat, nam respondeo ad eius argumentum quod ex præsumpta voluntate Pontificis censetur ablata per accidens reservatio in ordine ad Episcopum, & hoc vt subueniatur necessitati fidelium; at non censetur ablata in ordine ad alios Prælatos inferiores, aut in ordine ad priuilegia per quæ conceditur facultas commutandi omnia vota, quibusdam exceptis.

6. Si vero contra vrgeas, per Bullam dari potest

& in Ref. 75. §. 1. ad lin. 5. & in Ref. 133. §. Probatur. paulo post initium, à vers. secundum.

Et sup. resolutiones contenta in hoc §. Respondeo in Resolutionibus, & §. annot. primæ huius Ref.

Sup. hoc leg. doct. Resolutionum & §. not. primæ huius Ref.



tem commutandi omnia vota exceptis illis tribus, dum manent sub reservatione Pontificia; at in casuposito ex benigna interpretatione voluntatis Pontificis non manent sub reservatione, & in Bulla excipiuntur pro eo statu, pro quo stant sub reservatione Pontificis, & non pro alio statu: ergo, &c.

7. Respondeo; per Bullam dari potestatem commutandi omnia vota, quæ absolute, & per se non sunt reservata Pontifici: non autem illa, quæ per accidens, & quantum sufficit ad subueniendum necessitati fidelium, non sunt Episcopo reservata.

8. Obseruandum est etiam confessarios Regulares non posse virtute suorum priuilegiorum commutare, vel dispensare supradicta vota castitatis, &c. quæ potest Episcopus ex urgenti necessitate, vt diximus, & ita docet Portel. *verb. voti commutatio, num. 64.* Magister Lezana *in summa tom. 4. verb. Votum, num. 21.* qui citat Layman, Suarez, Sanchez, Henriquez, Rodriguez, & Mirandam, quibus adde eruditum Patrem Georgium Gobat de *Iubileo cap. 41. quæst. 114. num. 325.* & Martimum de San Ioseph *post Regulam Sancti Francisci in compend. de la facultad de los confesores ver. comutar. num. 6. fol. 571.* vbi sic ait; [Tampoco podemos comutar los votos reservados al Papa; que comuta el Obispo por derecho especial. Los votos que no podemos dispensar, ni comutar, son los absolutamente reservados a la Sede Apostolica, en que algunas vezes pueden dispensar los Obispos, porque interuene impotencia moral, por la qual, no se puede acudir al sumo Pontifice por la dispensacion, y ay necesidad urgente de dispensar, v. g. podrá el Obispo dispensar en los votos absolutos de castidad, y Religión, quando ay grande peligro de incontinencia, y no es facil el recurso al Pontifice, ó por pobreza, ó otra causa, porque se puede creer muy bien que no es su intencion que en tales casos le esten reservados los votos con tan grande peligro de las almas. Y lo mismo es quando aunque sea facil el recurso al Pontifice; pero por la tardanza del recurso ay grande peligro de incontinencia. Y lo mismo es, si aunque no aya grande peligro de incontinencia por la tardanza, se sigue algun peligro de escandalo, ó graue daño de tercera persona, lo mismo se ha de dezir de los demas votos reservados al Pontifice, que si el que votó tiene iusta causa para la dispensacion, y ni puede yr, ni embiar a Roma, ó carece de los gastos necesarios para la dispensacion, podrá el Obispo dispensar, vt Sanchez, cum multis *num. 23.* y en ninguno destes casos podran dispensar nuestros confesores por las razones dichas.] Ita ille.

9. Et tandem non desinam hic apponere verba docti Patris Andreæ Mendo *in Bull. Cruc. disp. 26. cap. 2. n. 22.* sic asserentis; Quinque sunt vota Pontifici reservata: Votum Religionis, Castitatis perpetua, peregrinationis Hierosolymitanæ, Peregrinationis ad limina Apostolorum, Peregrinationis ad Compostellam. In his nec Legatus à latere valet dispensare. Si eorum valor est dubius, potest Episcopus dispensare, quia reservatio, vt odiosa, restringenda est ad casus certos. Ita P. Thomas Sanchez *lib. 1. Decal. cap. 10 n. 74.* Non potest tamen in his votis, si ab impuberibus emittantur, dispensare, vt docet Pater Suarez *suprà cap. 26. num. 3.* Valde probabile, & tutum est, posse dispensare in his votis ex metu leui factis, quia non sunt perfecte voluntaria, & reservatio est restringenda. Sic Pater Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 15. n. 8.* Et item posse dispensare in graui periculo transgressionis, aut in urgenti necessitate, quando ex iusta causa nequit Pontifex adiri, quia in casibus similibus valet Episcopus in lege Pontificia dispensare. Ita Pater Valentia *2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. cum pluribus.* Nec opus tunc est Nuntium adiri, vt docet Couarruu. *in 4. Decretor. 3. p. 66. §. 10.*

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Ref. 38. §. vii. prope finem, & in tom. 7. tr. 1. late in Ref. 277. §. Hoc supposito, & in tom. 3. tr. 3. Ref. 4. §. Vnde. & seqq. & hic inf. prope finem huius Ref. à verf. Hic nota. & in tom. 7. tr. 1. Ref. 267. signanter §. Sed ego.

n. 11. Hic nota cum Patre Henriq. *lib. 6. de panit. c. 14. n. 7.* Regulares, qui ex priuilegio possunt dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi, adhuc non valere dispensare in votis reservatis in casu supradicti periculi, aut necessitatis, nam illa vota verè sunt Papalia, & ex iuris benignitate conceduntur Episcopis, in quibus videtur electa industria persona. Hucusque Mendo.

RESOL. CXX.

An per Bullam Cruciate Confessarius possit commutare votum assumendi Ordines sacros?

Et si ita vouens frangeret votum, an esset sacrilegium facinorandum?

Et si matrimonium contraheret (quamuis peccaret contra votum,) an possit petere debitum?

Et an in tali voto possit Episcopus dispensare? Ex part. tract. II. Ref. 64.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Henriquez *lib. 7. cap. 30. n. 6.* Acosta *in Bull. Cruc. q. 73.* & Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 15. n. 4.* Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 9. sect. 2. §. 17. num. 8.* Et ratio est; quia tale votum non est votum Castitatis; sed votum assumendi statum, cui castitas annexa est. Vnde si ita vouens frangeret votum, non esset sacrilegium facinorandum: & si matrimonium contraheret, peccaret quidem contra votum, sed posset petere.

2. Et ita in tali voto potest Episcopus dispensare, vt notat Portel. *in addit. ad dubia reg. verb. voti dispensatio, n. 78.* Vgolinus *de potest. Episc. cap. 18. §. 3. n. 5.* Reginald. *tom. 2. lib. 18. cap. 22. n. 331.* Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 18. n. 124.* Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 6. punct. 7.* Vega *in sum. tom. 2. cap. 129. cas. 34.* Rodriguez *in Bull. §. 9. n. 122.* Azorius *p. 1. lib. 11. cap. 19. q. 9.* Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 21. n. 7.* Aragon. *in 2. 2. quæst. 88. art. 11.* & alij.

RESOL. CXXI.

An qui obtinuit commutationem alicuius voti per Bullam Cruciatam, possit redire ad votum prius, omisso eo, in quo facta est commutatio?

Et an doctrina huius Resolutionis procedat, non solum quando commutatio facta fuit in rem æqualem, sed etiam in melius? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 85.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Lessio *lib. 2. cap. 40. dub. 16. num. 111.* & Azorio *p. 1. lib. 11. cap. 18. q. 12.* etiam sæpius facta sit commutatio: vt, si votum peregrinationis annuæ commutatum sit in menstruum confessionem, menstrua confessio in ieiunium alicuius diei, ieiunium in certas preces; potest vouens satisfacere voto, vel recitando illas preces, vel ieiunando illa die, vel confitendo singulis mensibus, vel annum peregrinationem, quod erat primum votum, suscipiendi.

2. Et hæc doctrina procedit contra Suarez *de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 20. n. 1.* & Fillium *tom. 2. tract. 2. 6. c. 10. num. 288.* non solum quando commutatio facta fuit in rem æqualem, sed etiam in melius, vt docet Maldenus *in 2. 2. tract. 10. cap. 3. dub. 11. quæst. 9.* Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 4. n. 11.* Et ratio est; quia talis commutatio facta fuit in vouentis fauorem; vnde potest etiam renunciare, alioquin non tam esset fauor, quam onus. Adde etiam, quod talis commutatio facta videtur sub conditione, si vouens nolit prius votum implere. Ergo, &c.

RESOL.